



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 48. Decretum de Græcis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1215. *stinam sint relapsi perfidiam, Canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti Religionem obstinatione dampnabili respuentes jurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam Hæretici reputentur. Superius notavimus, Lector, errorem Albigensibus proprium fuisse, quod juramentum omnis generis damnaverint. In fine hujus Decreti Excommunicationem Papa & Depositionem his comminatur Episcopis, qui in expurgando de sua Diocesi Hæreticæ pravitate fermento negligentes fuerint & remissi.*

## §. XLVIII.

*Decretum de Græcis.*

*6. 4.* **I**n sequenti Canone de Græcis, Ecclesiæ Romanæ reconciliatis, agitur. Declarat Papa, quod mores ac ritus eorum, quantum in Domino posset, sustinere vellet. Illos tamen damnat, qui Latinos usque adeo averfabantur, ut Alcaria, in quibus Latini Presbyteri sacrificaverant, tanquam inquinata lavarent, & baptizatos ab iis ausu temerario rebaptizarent. Statuit deinde, ut si quis tale quidquam præsumferit, excommunicationis mucrone percussus ab omni Officio & Beneficio Ecclesiastico deponatur.

In compluribus regionibus diversa- **Sæcul. XIII.**  
 rum linguarum populi, permixti dege- **A. C. 1215.**  
 bant, atque in una civitate vel in una  
 Diœcesi non solum in moribus sed etiam  
 in Cæremoniis ad Religionem spectan-  
 tibus differebant. Ista variarum gen-  
 tium multitudo collecta reperiebatur  
 Constantinopoli & in tota Romania, ubi  
 Latini Græcis juncti versabantur. Tum  
 etiam in Oriente, videlicet Antiochiæ,  
 Tripoli & Ariæ, ubi Latini Syris, Græ-  
 cis, Armenis juncti habitabant. Ne igi-  
 tur ex varietate linguarum & Rituum  
 inter Christianos, eamdem Fidem profi-  
 tentes, oriretur perturbatio, Concilium  
 statuit, ut Episcopi in sua Diœcesi viros  
 idoneos deligerent, qui singulis gentibus  
 Officium divinum decantarent, Sacra- **c. 9. c. quo-**  
 menta administrarent, ac quemlibet pro **niam 14. de**  
 modo Rituum suorum & linguæ instrue- **Offic. Jud.**  
 rent. Prohibet vero Synodus, ne uni ei-  
 demque Diœcesi duo dentur Episcopi, tan-  
 quam uni corpori duo capita, unde mon-  
 strum efficeretur. Sed Episcopus Vica-  
 rium sibi Catholicum, & penitus subje-  
 ctum constituat, qui alterius Ritus Fide-  
 libus ministret. *Si quis aliter se ingesse-  
 rit, excommunicationis se noverit mu-  
 erone percussus; at si nec sic resipuerit,  
 ab omni Ministerio Ecclesiastico depona-  
 tur, adhibito, si necesse fuerit brachio sæ-*  
*culari,*

Sæcul. XIII. *culari, ad tantam insolentiam compo-*  
A.C. 1215. *scendam.*

## §. XLIX.

*Jurisdictio Ecclesiastica.*

*Distin. 22. c. 6. In Concilio Lateranensi quatuor Patriar-*  
*renovantes. 6. charum ordo & prærogativæ expo-*  
 nuntur, atque primo loco nominatur  
 Constantinopolitanus, tum Alexandri-  
 nus, Antiochenus & Hierosolymitanus.  
 Articulus iste ex Gratiano excerptus est,  
*Conc. Trul. c. 36. Sup. qui eum ex Concilio in Trullo accepe-*  
*Lib. 40. n. 54. rat, non attendens, Concilium istud sta-*  
 tim ab Ecclesia Romana fuisse rejectum.  
 Sed, Constantinopoli a Latinis capta,  
 haud gravate Papa huic Ecclesiæ primum  
 post Sedem Romanam locum concede-  
 bat. Præterea Concilium de Patriarchis  
 addit: *Postquam a Romano Pontifice*  
*receperint Pallium, præstito fidelitatis*  
*& obedientiæ juramento, & ipsi suis Suf-*  
*fraganeis Pallium largiantur, a quibus*  
*sibi & Ecclesiæ Romanæ professionem o-*  
*bedientiæ exigant. Crucis vexillum*  
*ante se jubeant ubique deferri, nisi in Ur-*  
*be Romana, & ubicunque Summus Pon-*  
*tifex præsens extiterit, aut ejus Lega-*  
*tus Apostolicæ Dignitatis Insignia ad-*  
*hibens.*

*In omnibus autem provinciis, eorum*  
*jurisdictioni subjectis, ad eos, cum ne-*  
*cesse fuerit, provocetur, salva Appellatio-*  
 na